

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Poetica astronomica

Hyginus, Gaius Iulius

[Venedig], 22. Jan. 1485

De zodiaco circulo

[urn:nbn:de:bsz:31-249028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-249028)

Quāto magis a polo discedes: hoc maiores circulos fieri: & hac re minorē numerū duci: ut pares eorū uideant effectus. Et si nō in .xxx. partes unūquodq; hemisphēriū diuidatur: sed in alias quodlibet finitiones: tamen eo ratio peruenit eius ac si .xxx. partes fecisset.

De zodiaco circulo.



Odiacus circulus tribus subiectus: de quibus supra diximus: ex quadā parte cōtingit estiuū & hyemale circulū: equinoctiale autē medium diuidit. Itaque sol per zodiacum circulū currens: neque extra eū transiēs: necessario cū signis his: quibus inixus iter conficere uidetur puenit ad eos: quos supra diximus orbēs: & ita quattuor tēpā definit. Nā ab ariete incipiens Ver ostēdit: & taurum & geminos transiens idē significat. Sed iā capitibus geminorum circulū estiuū tangere uidetur: & per cancrū & leonē transiēs & uirginē: estate efficit. Et rursum a uirginis extrema parte transire: ad equinoctiale circulū respicit. In libra autē equinoctiū cōficit: & autumnū significare incipit. Ab hoc signo transiens ad Scorpium & Sagittariū. Deinde p̄tinus incurrit in hyemale circulū: & a capricorno: aquario: piscibus hyemē trānsigit. Itaque ostenditur nō per tres ipsos circulos currere: sed zodiacū transiens ad eos puenire. Sed quā de his rebus diximus. Nūc terrę positionē definiemus & mare quibus locis interfusū uideatur ordine exponemus.

De terra & mari.



Terra mundi media regione collocata: omnibus partibus equali dissidēs intervallo: centrum obtinet sphaerę. Hęc mediā diuidit Axis in dimensionē totius terrę: Oceanus autē regione circūductiōis sphaerę perfusus: prope totius orbis alluit fines: Itaque & ligna occidentia: in eundē decidere existimant. Sic igitur & terras contineri poterim⁹ explanare. Nā quęcunq; regio est quę inter arcticon & estiuū finē collocata est: ea diuiditur tripartitā: Et quibus una pars Europa. altera Apherica. tertia Asia uocatur. Europā